Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput IX.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

Magnitudo animi divinæque fiduciæ
Caput. IX.

Nec vero hæc Francisci humilitas eius abjiciebat ~~animum~~ mentem, quo minus auderet atte spectare, ingentiaque conari; sed cui Deo nihil arduum, nihil nimius amplum ducens immensa quadam magnitudine animi maxima quæque moliebatur. Ubicunque enim divinus honor ageretur, nulli cedebat difficultati periculove. Ita nihil moliebatur, quod non efficeret: nihil inchoabat, quod non absolveret. Est hoc ferme unum Dei proprium, ut apud se ipsos humiles & abjecti, in divinis negotijs mire fortes sint atque constantes. Hæc celsitudo animi, difficultatumque et periculorum contemptio, passim eminet in ejus vita; et quidem sæpe communis fortitudinis usitatum excedit modum, ut temeritas censeri posset, nisi divinis magis quam humanis consilijs auxilijsque niteretur. Nam et Travancoriensi itinere, quod per medios erat hostes, manifestum periculum adire visus est: et longe manifestius cum Mauricis incolis feritate insignibus excolendis animum adjecit, nulla alia re adversus barbarorum, infestissimorumque hominum rabiem, nisi Dei fiducia, armatus. In Japoniam quoque ultimam Orientis regionem, piraticis vectus lembo iter sustinuit, tenerus periculorum, quæ ab amicissimis peritissimisque hominibus et plurima denunciabantur, & maxima. Verum de re ad Præpositum Provincialem Lusitaniæ scripsit ipse his verbis: Obstupescerunt præ-
" sentes(?) ... mei omnes, & amici, quod tam longin-

quum ac periculosum suscipere, ter non ue-
rear. Multa mihi tempestatum, hostium, pi-
ratarum pericula proponunt. Cæterum haud
paulo magis ego illos inuicem obstupesco,
quod tam exiguam habeant Dei fiduciam,
cuius illa omnia in ditione sunt ac potestate.
Nihil veretur præter Deum
Equidem cum Dei nutu atque imperio omnia
gubernari certo sciam, nihil omnino me-
tuo, præter ipsum Deum, ne scilicet is de me
in suo obsequio religionisque studio negligen-
tia inertiaque merito, exigat pœnas.
Quocirca reliquos terrores, discrimina, ac
rumores, cruces, nihil admodum perti-
mesco. Unum quippe timeo rerum omnium
effectorem ac moderatorem Deum, quod
cæter cætera quamuis noxia, non nisi, qua-
tenus ille sinit, nocere hominibus queant.
At, cum quantam ille spei in diuina repo-
neret ope. Itaque Dei unius præsidio per
tot maris terræque discrimina, per tot
gentes sermone moribusque dissonas, ad
ultima Orientis penetrauit, Oceanoque to-
ties remenso, Christianis mysterijs feras
ac barbaras instituit gentes, mitigauitque.
Nec uero unquam illum Dei fefellit fiducia,
sed hostium, tempestatum, cæterarumque
cladium periculis semper exemit. Atque,
ut mittam cætera, quæ suis locis exposuimus,
in Japonicorum fretorum trajectu, non se-
mel cum peteretur barbarorum insidijs, tela
omnia, Deo propulsante, irrita ceciderunt.
Ter naufragium fecit
In mari Moluco ter naufragium fecit,
ac semel tabulæ incubans, biduum triduumue
fluctibus

fluctibus impune jactatus evasit. Armatorum in se Saracenorum furorem effugit, plures dies in proxima latitans sylva. Veneno quoque, non solum tela hostium elusit; et mari piratarum, terrā latronum, saepissime vitavit incursus. Quanquam ille Dei amore ardens, aerumnarum periculorumque non contemptor modo, sed etiam amator fuit. Itaque patiendi avidus in ipsis incommodis et periculis Deum enixe precabatur, ne his ipsum eriperet malis, nisi ad majora mala divinae gloriae causa reservaret. Igitur divino numine egregiae illius virtuti indulgente, aerumnis pariter ac meritis cumulatus est, haud minore Christi approbatione, quam laetitia sua. In difficillima porro Sinarum expeditione, vir singularis fuit. Cum enim in Sinarum fines (ut ante diximus) irrumpere se sine captivitatis aut servitutis periculo peregrinus nemo posset, porro poenae discrimen intercedendi, et adversum molestis vestibula: tamen hoc, vitae, utilitatisque autore, ipsi confisus, sive mercatoris fidei, qua non minus anceps ac periculosa erat, quam ipse Sinarum introitus, suum credere caput decreverat, sicuti ex ipsius ipse in Epistola ad Franciscum Perez Malacam ita scripsit:
» Duo mihi in hoc negotio ab amicis peri-
» cula denuntiantur; unum, ne mercator ille

Periculis variis cepta.

Crucis amor

acceptâ mercede prodat fidem; méque in de-
sertam aliquam insulam, aut etiam in altu(m)
præcipitet, ne transmissionis pactum illis
patefiat indicijs. Alterum si ille steterit
promissis, ne Præfectus urbis in advenas, qui con-
tra Regis edicta sine fide publica eò se insi-
nuaverit, edat exempla; méque aut cruciatibus
affectum necet, aut in perpetuam redigat ser-
vitutem. Hic ego periculis alia haud paulo ma-
jora pericula oppono: quæ cæteros latent.
Primum enim periculum est, ne de divina bo-
nitate ac providentia diffidamus: siquidem
Dei unius causa huc venimus, ut sacrosanctam
eius legem, eiusdémque filium IESUM Christum
humani Generis Salvatorem, his gentibus
prædicemus: cuius rei ipse mihi conscius
est, qui hanc mihi mentem injecit Deus. Pro-
inde divinæ nunc providentiæ atque pote-
statis fidem fiduciámque abijcere, propter di-
scrimina quæ eius causam agenti impendere
dicantur, næ id haud paulo maius periculum
est existimandum, quàm quicquid periculi
mihi creare Dei atque hominum hostes pos-
sunt. Præsertim verò cùm neque dæmones ipsi
neque eorum satellites ac ministri, quicquam
nos lædere queant, nisi Dei permissu ac vo-
luntate. Quid quod, si Deus nostros conatus pro-
bat ac juvat, non modò eiusdem nutu omnibus
eripiemur periculis, sed etiam Christum Dominum
audiemus admonentem: Qui perdiderit animam
suam in hoc mundo propter me, inveniet eam.

Invictus periculis animus.

Quocirca cùm hæc animi pericula longè majora
periculis ~~animi~~ corporis judicemus, satius ac tutius
esse ducimus, per vitæ discrimina perrumpere,
quàm in discrimen adducere animi salutem.
Omnino deliberatum est mihi in Sinas, Deo faven-
te, invitis

" te, invitis civi hostibus, penetrare. *Nam cum*
" *Deus pro nobis, quis contra nos?* Magnum
" omnino adiimus periculum; si nihil aliud perpe
" tuæ servitutis. Verumtamen hæc me cogitatio
" consolatur, satius esse Dei causa servitutem
" servire, quam ensis fugâ perfrui libertate.
Quibus fere in verbis interritus ad omnia peri
cula animus satis eminet. Quantopere autem
Xaverius quicquid malorum est, condemnaret
apparet ex epistola ad Jacobum Pererium
cuius clausulas suo subtexuimus loco. Haud
minor animi magnitudo adversus Christiano
rum hominum potentiam, quàm adversus bar
barorum minas ac terrores fuit. Ormuzii
veneris Præfectus, homo Lusitanus sane potens,
acerbè avarèque imperabat neophytis. Qua
re cognita Xaverius minatus est homini,
ni se humaniorem in posterum se Christianis
præberet, de eius injuriis ac tyrannide cum
Rege Lusitaniæ per literas expostulaturum.
Lusitano item cuidam novos Christianos inju
riosè tractanti denunciari per sacerdotem jussit,
nisi crudelitate desisteret, fore ipsum multo
immaniorem Herode: quoniam ille corpora
duntaxat innocentium puerorum, ipse etiam ani
mos perderet. Id enim prorsus futurum, si
Patinus propter eius importunitates ex illa ora
digressis, infantes pueri interirent sine baptismo.
Malacensi porrò Præfecto suum in Sinas iter
per summas injurias pertinaciámque impedienti
(: ut supra diximus :) demum patientiâ in vo-
luntates versa, sacris interdixit: cámque tam
pro sacris ædibus pronunciandam tibi convicti
[illegible] in officio contineret similis igno
miniæ metus. Cæterum nulla res magis in-

credibilem eius animi magnitudinem oſtendit quàm infinita quædam cupido Evangelij toto orbe terrarum circumferendi. Itam Indiæ vaſtitate non contentus, Malacam, Moluccas inſulas, Mauricam, Japoniam, Sinas, omnem denique animo atque induſtria complexus eſt Orientem: omnes utique terras deinde complexurus, si animi ardori vita reſpondiſſet. Ultima quippe Orientis tanta celeritate luſtravit, ut eius animo angusta videretur immensa vaſtitas Aſiæ.

Dei caritas & proximorum.

Cap. X.

Par tantæ fortitudini, Dei hominumque caritas fuit. Itaque in omnibus vitæ partibus non alia ſibi magis, quàm divini cultus proferendi, hominumque conſervandorum eminet ſtudium. Nimirum caritate in Deum tanta flagravit, quantam exiſtere oportuit in eo, qui humanis rebus penitus contemptis aſsiduæ rerum cæleſtium commentationi deditus foret. Hinc in Deum, ſummum bonum, munificentiſsimumque conditoris conſervatorisque ſui amore mens erecta, vel in medijs hominum congreſsibus iucundiſsimos ſermones miſcebat cum Deo. Hinc inflammatus ille in JESUm Christum, benigniſsimum Dominum Salvatoremque ſuum, amor, identidem ſuaviſsimum illud ac ſalutare nomen dulciſsime uſurpans. Indidem ancora illa martyrij cupiditas, quæ à Turcarum finibus exitura, ad ultimas terrarum oras progreſsa, ex feris atque immanibus nationibus, ex peſtilentiæ, naufragiorum,

prædonumque